



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

bus petitur prælatio ex iure prothomi. licet Capol. in tit.  
de Ripa. & tit. de uia. q. 20. Bar. in l. si tertius. in 3. oppo.  
ff. de acqui. plu. ar. communis est in contrarium.

- 1 Fallit etiam in rebus propriis, & facultatibus suis, ratio est, quia talis uicinus habet multas possessiones. li-  
uella & traficum mercium, & tamen non uidebit is con-  
uicinus librum rationis, debita & credita & quandoque  
is talis reputatur diues & tamen quo ad ætatem & con-  
sanguinitatem labitur facultatibus suis, & se dice, che il  
fin delle gran facende e ritirarsi in casa, ut experientia  
rerum magistra docet, & nota.
- 2 Fallit etiam in uicinis qui uoces uicinorum audire non  
possunt, quia ij proprie uicini non dicuntur, ex quo Bal.  
in l. cum aliter. §. hoc autem. ff. ad sillan. dicit qd appella-  
tione uicinorum ij proprie dicuntur, qui conuicinorum  
uoces exaudire possunt. ut in d. §. hoc autem ibi uocem  
exaudiat, & not. licet Ias. & Alber. in l. non solum in prin.  
ff. de op. no. nunc. teneant, & appellatione uicinorum in-  
telliguntur omnes, etiam si sint remoti. præterquam in  
casu prælationis, qui de proximo, & non de remoto di-  
cendum est ad prælationem rei uenditæ obtinendam pro  
ut Tiraquel. in §. i. glo. 9. nu. 21. de retract. consang.
- 3 Fallit proprie in uicinis qui a communiter accidenti-  
bus nesciunt facta conuicinorum, ut in homicidiis uel  
furtis commissis in uicinia. secus uero in ijs quæ a com-  
muniter accidentibus cadunt in notitiam uicinorum, &  
cum ista distinctione Bal. in l. i. in fine. C. de colluf. de reg.  
pertransit, & Alex. consi. 80. col. 3. uol. 2. & consi. 50. col.  
penult. uol. 1. & consi. 92. col. 3. num. 9. uol. 5. & consi. 51  
col. 3. uol. 1. nu. 4.

#### REGULA CCXXXVIII.

- 1 Vicini an collectam indicere possint conuicinis pro  
putheolo publico, & in communi reaptrando, seu reficere  
do, tu dic qd sic, secundum doct. & præsertim specul. in tit.  
de cens. §. nunc dicendum. col. 5. uersu. Item pone Guid.  
papa



papa q. 444. Cæpol. in suo tracta. de seruit. urb. prædiorū  
147. nu. 2. tex. in arg. in l. ij. §. uicinales. ff. ne quid in loco  
publi. fiat ad idem in arg. in l. p. §. i. ff. de coll. ille. & l. i.  
ff. quod cuiusque uniuers.

- 1 Fallit nisi ex forma statuti, uel prouisionis, aliter prouisum esset, circa impositionem collectæ, uel per capita secundum facultatē patrimonij, aut per solidū & libram, secundum Ias. in l. si se non obtulit, nu. 20. & 19. ff. de re iudicat. Bal. in auct. de functo. in ult. col. C. ad orificia. Bar. in l. i. C. de omni agro desert. lib. 11.
- 2 Fallit etiam quando puteus dirutus est facto hominis, quia ille solus tenetur ad refectionem, qui destruit, uel diruit secundum Cæpol. de seruit. Urban. prædiorum, c. 47. nu. 2. per tex. in l. fin. in fine. ff. de uia pub. refic. & c. ex parte, extra de ijs quæ fiunt a maiori part. Capi. & Luc. de Pen. in l. ad refectionem num. 4. C. de aquæduct. lib. 11. cum ibi notatis.

### REGULA CCXXXIX.

- 1 Vidua si habet tutelam filiorum, & stuprum committit utique priuatur ipsa tutela, ac si transisset ad secundas nuptias. glo. est in auct. sacramentum. in uersu. nuptu. C. quando mulier off. tut. fung. potest. Bal. in l. ijs solis nu. 4. C. de reuoc. donat. late Marf. in l. unica. num. 54. C. de rapt. uirg. & sing. 416. q. not. Ang. in §. actionum nu. 41. uersu. & etiam definit esse tutrix. inst. de actionibus, & nō gaudet priuilegijs mariti si inhoneste uiuit. Bal. in l. ijs solis. C. de reuoc. donat. Dec. in c. de quo uult nu. 120. de iud.
- 2 Fallit si mater esset tutrix testamentaria, cuius fides, uita & bonitas esset cognita a testatore, secundum Bar. in l. omnem. C. ad tertul. & illum sequuntur doct. ultra mont. secundum Ang. in d. §. actionum. nu. 41. & Bal. in l. lex quæ tutores. nu. 7. uersu. modo quæritur si mater. C. de admin. tutel. ubi dicit, q̄ ratio suspicionis non ualeret ad priuandam mulierem tutela filiorum, sed necesse es-